

ETA SIGMA PHI 62nd Annual Latin Translation Contest (2013)
Intermediate Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

Cicero Discusses Various Bonds of Fellowship that Exist Between Humans

Sed omnium societatum nulla praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti; illud enim honestum, etiam si in alio cernimus, tamen nos movet atque illi in quo id inesse videtur, amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur, tamen iustitia et liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est amabilius nec copulatus, quam morum similitudo bonorum; in quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates, in iis fit, ut aequae quisque altero delectetur ac se ipso, efficiturque id ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quae conficitur ex beneficiis ultro et citro datis acceptis, quae et mutua et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. Sed cum omnia ratione animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior quam ea, quae cum re publica est uni cuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium caritates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt omni scelere patriam et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt.

Notes

- line 1 *societas*: association, fellowship, bond of fellowship
line 2 *familiaritas*: close friendship
honestum: moral goodness, virtue; subject of *movet, facit*
line 3 *amicos*: in apposition with *nos* (line 2)
allicio: to allure, entice, draw to oneself
line 4 *ipsa*: refers to *virtus*, line 3
line 5 *efficio*: to do, make, effect, produce
copulatus: united, coupled, tending to unite
line 6 *delector*: to take delight in + *abl.*
ac se ipso: as himself
line 8 *ultro et citro*: back and forth, mutually
line 9 *devincio*: to bind, fasten, connect; subject of this verb are those referred to in the phrase *inter quos*
lustrare: to look at, observe, review
line 11 *propinquus*: relative, kinsman
caritas: love, affection
complector: to embrace
line 12 *ei*: refers to *patria* (line 11)
prosum: to be useful, to be of benefit to
Quo...detestabilior: all the more detestable, so much the more detestable
line 13 *immanitas*: savageness, inhumanity
lacero: to tear to pieces, mangle, lacerate
funditus: completely, entirely